





29

1796/1

DISSERTATIO INAUGURALIS  
 EXHIBENS  
 OBSERVATIONES  
 DE AVCTORITATE DIPLOMATVM  
 EX ARCHIVO DE PROMPTORVM  
 EORVMQVE IN IVRIS SCIENTIA  
 VSV

204

QVAM  
 CONSENSV  
 MAGNIFICI IVRE CONSVLTORVM  
 ORDINIS  
 IN ACADEMIA ALTORFINA  
 PRO  
 SVMMIS IN IVRE HONORIBVS

AC  
 PRIVILEGIIS DOCTORIS  
 RITE CAPESSENDIS  
 DIE IV. APRILIS MDCCXCVI  
 PVBLICE SOLENNITERQVE DEFENDET  
 M. FRIDERICVS WILHELMVS  
 ANTONIVS LAYRIZ

BARVTHO - FRANCVS  
 SOCIETATIS LATINAE ALTORFINAE SOCIVS  
 HONORARIVS SOCIETATI REGIAE ERLANGENSI  
 BONARVM ET ELEGANTIORVM LITTERARVM ET  
 FLORIGERAE AD PEGNESVM NORIMBERGAE  
 ITEMQVE QVAE WVNSIDELIAE AD HISTORIAM  
 MORES AC PATRIAE IVRA SPECTAT  
 ADSRIPTVS ORDINARIVS.

ALTORFII  
 TYPIS HESSELIANIS.

LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF  
MICHIGAN  
ANN ARBOR, MICHIGAN  
U.S.A.

THE UNIVERSITY OF  
MICHIGAN LIBRARY  
ANN ARBOR, MICHIGAN  
U.S.A.



CLARISSIMO, BONARVM ARTIVM IVRIVMQVE  
PERITISSIMO, HVIVS DISSERTATIONIS  
AVCTORI,  
L A Y R I Z I O,

s. D. P.

D. Ioannes Andreas Sixtus,  
acad. h. t. Rector.

Digno, quem cingit Mufarum laurea praestans,  
Porrigitur Themidos palma decora, VIRO:  
TEque manent meriti celebris felicia fata,  
Haec dum praecideo, gratulor aëta TIBI.

Dab. Altorfii d. II. Aprilis  
C1010CCLXXXVI.

Cingite, Pierides, frondosis tempora lauris

Amabili Layrizio,

NECTIBER FERTAE VIRO O. BERGII

PERISSIMO, HUIUS DISSERTATIONIS

ILLE etenim meruit, vos quicquid habetis honoris,

Nec laude VIR nec gloria

Dignior vllus erat,

D. Iohannes Andreas Struvs

A cunis haufit largas Aganippidos vndas

Et artibus reconditis

Ingenium excoluit.

Virtuti vitam sanctam sine labe dicauit

Et mente, moribus pius

Magnanimusque fuit.

Ex tenebris patriae res pifcas ILLE reducit,

Labore summo temporis

Excutiens feriem.

Sancta Themis merito Cultori sacra recludit

Quo nemo leges dignius

Iuraque condidit.

Heus!

---

Heus! ostende tuam vim, coeli filia, virtus!

Extolle donis Affeclam

Exfatiaque bonis.

Gratulor ergo TIBI, quos iure mereris, honores

MI FAVOR, vsque illustrior

Scena TIBI pateat.

Sic fummos in iurisprudencia honores Viro generoso  
et consultissimo LAYRIZIO, discipulo suo quondam ae-  
sumantissimo reuerenter gratulatur

M. Laurentius Ioannes Iacobus Langius,  
Potentissimi Regis Borussiae a consiliis  
Confistorii regii Regiminis Barutini Senatui  
II, Adiuncti et Professor.

---

---

---

Aequa Themis, rectam libras quae pondere lancem  
Si Sophiam mittis, nil Dea magna vales!  
Dulce decus Musae quae narrat gesta per orbem  
LAYRITI, tribuit praemia tanta TIBI.  
Nunc Themis alma TVIS lauros conatibus offert  
Quam sapiens eligat, provida cura docet.  
Philosophus prudens iuris decreta tuetur,  
Infantis fulcrum criminis vltor erit.  
Sis felix, vultu ridet fortuna ferax,  
Sit TIBI post multos turbida nulla dies.  
Sis Musae tenui, modulis quae ludit amicus,  
Foedus amicitiae, firmet amore Themis.

Haec pauca amicitiae dicat memoriae

Ioannes Theophilus Muench  
Barutinus  
Philosophiae Doctor, societatis  
ducalis latinae Inensis fodalis  
ordinarius.

---



Viro generoso et consultissimo  
M. Friderico Wilhelmo Antonio Layrizio  
eruditionis et virtutis laude conspicuo  
Amico in paucis caro  
summos in Iuris scientia honores  
amice gratulatur

Ioannes Henricus Dorfmueller  
Syndiaconus Wunfidelienfis.

Ergo Iouis foboles, almas quae tradidit artes  
Humano generi, Themidos penetralia pandit  
Dulcis Amice TIBI, quo non coniunctior alter!  
Conspicis ora Deae radiantia lumine puro,  
Errorum nebulas fraudes quo discutit atras;  
Ac incorruptam lanxem, quae facta Deorum  
Ponderat ac hominum iusto libramine sortes,  
Aurea sceptrum manu cernis munita minaci,  
Fulgure ceu rutilo queis terret crimina foeda,  
Adfidet alma Fides albo velamine tecta  
Aurato folio, legumque volumina seruat,  
Ac iusiurandi constanti sacra tuetur  
Relligione, TIBI dextra dat signa propinqua,  
Discite iustitiam, cupidae vox obstrepit auri,  
Cur itupet attonito TIBI peccatore sensus Amice,

Quem

---

Quem candor, pietas ornarunt tempore longo?  
Cur animus subiti terroris fluctuat aestu  
Nil metuens, nulla solitus pallefcere culpa?  
Scilicet illufus ftupefactis auribus hauris  
Horrifonum ftrepitum Poenarum, murmure trifti  
Quae circumuolitant fummi laquearia templi,  
Formidanda cohors, manufcercere nefcia noxae.  
Inclufae mancant, nec firma repagula frangant,  
Neu virtute TVA terras incumbere terris  
Suavis Amice finas' Aftraeae cerne relictam  
Sedem, defertae lugentiaque ora parentis.  
Nomina, quae radiis fplendefcere clara Virorum  
Cernis, amore iubar iufti meruere perenne.  
Hic, vbi Minois Rhadamanti gloria fplendet,  
Lumine flammifero Friderici ftella Boruffi  
Clarior effulget celebrata laude Solonis.  
O TE felicem, TE terque quaterque beatum,  
Quem fibi cuftodem legum iurisque paratit  
Immifcetque choro tantorum Diua Virorum,  
Arbitrio quorum immoto ftat pondere tellus  
Heus! graffare via, monfttant quam fata fecunda  
Ad duraturae, CARISSIME, culmina laudis!


---

---

Qui modo TE fertis meritis decorauit, Amice,  
In Templum Themidos ducit Apollo manu.  
Eheu, Diua suum cultorem culmen honoris  
Se non ad maius ducere posse dolet.  
Gratulor eximios, quos conciliauit honores  
Rara satis probitas ingeniumque TIBI  
Inuenias, opto, quam primum praemia larga,  
Queis sane nemo dignior esse potest.

Quibus paucis Fautori suo atque  
Amico aethumatissimo se commendare voluit  
Isaacus Fridericus Wich  
Pastor Bencensis.

---



PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO  
INGENII FAMA ET GENERIS NOBILITATE  
ORNATISSIMO  
VIRO INCOMPARABILI  
GEORG ADOLF GOTTLIEB  
L. B. DE HARDENBERG

REGIS BORVSSORVM AVGVSTISSIMI  
A CLAVIGERIS PRIMI ORDINIS, COLLEGII BARVTINI  
CVI RERVM BELLICARVM ET DOMANIARVM  
DEMANDATA EST CVRA DIRECTORI SECVNDO  
GRAVISSIMO, NEC NON ORDINIS IOHANNITARVM  
EQVITI

SPLENDIDISSIMO  
DE TOTA QVA PATET PATRIA LONGE  
MERITISSIMO

HVNC LIBELLVM  
IN PIAE MENTIS SIGNIFICATIONEM  
SACRVM ESSE IVBEO

Fridericus Wilhelmus Antonius Layriz.

Quod tandem ista illuxerit dies, qua benevolentiae  
TVAE insigni quid debeam, palam testificandi occasio mihi  
datur largissima, non mediocriter gaudeo. Tam egregia  
autem

PERILLVSINI AC GENEALOGISIMO  
INCIPIT TAMA ET GENEALOGIA  
GRATIASIMO  
VIRI INCOMPARABILII

autem vbique sunt in optimum quemque et in primis quod  
glorior non solum erga patrem meum, qui in otio nunc,  
quo tamen non est otiosus, senescit, sed me etiam  
ipsum praestantis TUI fauoris documenta, vt si ea enu-  
merare vellem, campus aperiretur, quo longissime exspatiari  
oratio mea, et facillime excurrere possit. Neque id miran-  
dum est. Singularem enim animi integritatem, quam boni  
semper magni aestimarunt; morum vrbanitatem, qua aetate  
nostra nihil magis elucet; modestiam, qua sapientis ratione  
nihil dignius; eruditionem, quae ferocem esse non finit, prae-  
claram et vitae elegantiam exactam semper tuam fecisti,  
qua omnium animos facile TIBI concilias, vt qui TE vi-  
derit dubius haereat, an TE magis veneret, suspiciat quam  
amet. Non honois tantum putas, quod ingenui et excel-  
lentis animi est, stemmata ducere longa, fumosos pictosque  
ostendere vultus; \*)

Nam

etiam in his Hertzog. dieb. des. Genealogias  
et in aliis libris nonnullis relictis, ecclesie nuph

\*) Albertus de HARTINBERG iam 1187 in diplomatibus  
occurrit. vid. SCHULTES neue diplomat. Beitrage T. I.  
P. 224.



Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis  
Atria, quid pleni numerofo Confule fafti  
Profuerint, fi vita labat? Perit omnis in illo  
Gentis honos, cuius laus eft in origine fola.

fed TVO fane rariffimo doces exemplo, exercendo, peri-  
clitando, multaue glorioforum facinorum repetitione, au-  
diffime TE maiorum infitere veftigiis; ideoque longiffime  
abes a peruerfo multorum more, qui maiores fuos eam

ob

p. 224. Symbolas ad ftemma huius familiae inter alios  
contulerunt HARENBERG in hiftoria Gandersheim. ec-  
clef. p. 852. 1564. 1688. 1722. SCHEID in mantiffa  
documentorum p. 268. 273. 295. 367. 375. 537.  
SCHMIDT in Beytrage zur Gefchichte des Adels 1794.  
T. I, p. 175. Gaudet haec familia splendidiffima *tabu-  
lario gentilitio* in *caftro HARDENBERG* prope Pleffam  
et Goettingen fupra vicum Northem fito, antiquiffimis  
referto chartis, quod in meliorem ordinem redegit et  
laboris fui praemia tulit iucundiffima ill. LANGIVS a  
SCRINIIS, quae Baruti et Plaffenburgi adferuantur fe-  
cretioribus, vir litteris clarus et amicus meus optimus.

ob causam, arbitrantur, res egregias patrasse, vt sibi nihil aut male agere impune liceat. Fuit autem in primis haec semper illustrium HARDENBERGIORVM indoles, quae, vt non tam spero, quam certissime confido, tam diu manebit, quam diu litteris, sapientiae, virtuti suus constabit honos, vt insigni ad artes, quae ad humanitatem pertinent, quaeque

— vim promouent insitam  
rectique cultus pectora roborant

incumberent studio, omnemque operam in sapientia excolenda — bonum profecto, quod si cum virtute coniungas, vnum contingit immortale mortalibus — collocarent. Quas non solum ad intuendum verum etiam ad imitandum hominum doctissimorum imagines expressas Gentis TVAE annales nobis reliquerunt! Quanta ingenia, quae grauissima rei tam publicae quam litterariae obibant munia, in toga et fago clara! Quantis praemiis, quanta bonitate, qua nihil nec admirabilius, nec gratius est, iuuenes et viros litterarum amore flagrantem excitati sunt! Nondum obliteratum est nomen insignis eruditorum fautoris FRIDERICI CAROLI augustissimi M. Britanniae Regis in Electoratu Brunsviga Lünebur-



neburgico a Consiliis intimis, celeberrimo et amoenissimi ingenii homini IOAN. MATH. GESNERO amici intimi. In omnium ore ac mente versatur mirifica humanitas et egregium bonas litteras promouendi studium Fratris TVI dilecti, generis humani deliciarum,

quo nihil maius, meliusue terris  
fata donauere

illusterrimi CAROLI AVGVSTI Regis mei amici, qui de toto imperio Germanico bene merendo, et in re publica non bene solum administranda, sed optime etiam conseruanda, neque infornio, neque labore fatigatur, apud quem utilitas rei publicae omnium periculorum suorum vincit rationes, cuiusque peruagatas, quibus eminent virtutes ornare si inciperem, historiam et vitam eius scribere profecto Videre.

Vigebit memoria sane iucundissima secundi fratris TVI AVGVSTI GEORGH VLRICI, grauis adhuc auctoritatis et gratiae viri, qui praeter insignem, qua doctos profequitur viros

viros, venerationem, ipse Coburgi XIX, Sept. MDCCLXXVIII  
strenue de Lituio eiusque virtutibus disputavit, sibi que or-  
namenta ex sua laude reddidit dignissima.

Et quid denique dicam de TVA tutela, qua omnia litte-  
rarum et studiorum genera vberime fruuntur et laetantur?  
Res loquitur ipsa, quae semper valet plurimum.

Quae cum ita sint, accipe, VIR INCOMPARABILIS,  
hunc qualemcumque, quem TIBI ex veteri formula dare  
dicare et consecrare audeo libellum, ea qua soles serena  
fronte, meumque TIBI placendi studium non improba.  
Etenim

Nihil est iam, quod TV mihi succenseas  
Fecere tale ante alii spectati viri,

Certe persuasus sis, omni studio, omni opera, cura,  
industria, cogitatione, mente denique omni adlaboratum  
me esse, vt hoc TVVM in me fauoris documentum, quod  
probe sentio quam magnum sit, indigno et ingrato haud  
tribuisse, luculenter videas ac cognoscas.

Quod

Quod reliquum, Deum rogo immortalem illumque precor, ut semper magna valetudinis prosperitate, qua multorum nititur salus, utaris, contentus et felix forte TVA. viuas ac laborum TVORVM perpetuo fructus videas lactifimos et vberimos. TVAM denique splendidissimam familiam sospitem atque incolumen tueatur quam diutissime Numen supremum. Perennem hanc felicitatem esse iuberem, nisi inter mortales optarem. Tandiu itaque duret, quam diu mortalibus licet esse felices.

Ut quoque in posterum saluti famaeque meae (obtrusiones et iniurias enim, quas hoc breui vitae meae curiculo et exiguo ab iis, qui in recte factis fastidiunt iam subii et inuidiam virtute partam, sperno, nonnunquam rideo et gloriam non inuidiam puto, meque nomine ac magnitudine tantum eorum, qui meo officium nomini consolator) inuigiles, consulas ac prospicias, meque iucundam TVAM haud intermorituram memoriam grato semper ut decet animo meo reputantem, beniuolentia TVA, cuius quam plurimi mea interest, non dedigneris, a TE contendo  
ac

ac effragito, meque TVAE fidei, TVAE curae, TVO denique patrocinio, quoad artus hos rexerit anima, commendo, totumque trado. Vale, dulce litterarum decus praesidiumque patriae firmissimum! Dabam in alma litterarum vniuersitate Altorfina die II. Aprilis MDCCCLXXXVI.

## Instituti ratio.

Quanta diplomatum atque chartarum veterum sit utilitas in scientia iuris germanici excolenda et applicanda, demonstratione vberiori vix eget: cum illa non tantum faciant ad constituendam *theoriam* iuris tam publici, quam privati, a) allodialis et feudalis, secularis, et ecclesiastici, b) et quidem vel pristini, vel eius etiam, quod hodie fori usu seruetur, in vniuersa Germania vel singulis saltem eius terris, inter plures vel singulos hominum ordines; c) sed inferuiant etiam *praxi* iuris seu decisioni litium, in quibus facti controuersi probationes ex illis sunt petendae. Vix enim in S. R. I. tribunalibus grauis causa inter Ordines Germaniae agitur, in qua non habentur simul lites de productorum diplomatum fide. d) Iure Consulti Germanici

a) Vtriusque exempla luculenta dedit a TRÖLTSCHE in eius Anmerk. und Abhandl. T. I. p. 197. seq. T. 2. p. 147 seq.

b) Sic e. g. statuti cuiusdam Capituli S. Petri Moguntini de a. 1064 ope, cap. 13. X. d. testam. praeclare illustrauit egregius GLEICKIUS, quem optimus quisque amat, in opuscul. iurid. fascic. I. p. 280. not. 64.

c) Quo nomine magna pars iuris scientiae Germanicae fere deperditae ex documentis restitui aut illustrari potest, vid. RICCI spicileg. ad Engauii Elem. Iur. Germ. p. 53.

d) teste C. G. HVDERO in diss. de diplomate suppositio, quo Vlmam vllam regalem a Carolo M. an. 813 coe-

manici itaque maxime interesse debet, veritatem et fidem documentorum, et praesertim eorum, quae in Archiuis asseruantur, definire, cum illa fini huic tam theoretico, quam practico assequendo adhiberi soleant. Mihi vero hic tantum propositum est, ad hanc grauissimam materiam nonnullas adferre *observationes*, nequaquam autem ipsam plene tractare atque penitus exhaurire, id quod speciminis academici ambitum longe superaret. De diplomatum autem in iuris scientia vfu caute adhibendo pauca adicere placet.

### §. II.

#### De variis instrumenti significationibus.

Instrumentum dici potest, quicquid causam eiusque probationem instruit, a) Quo quidem instrumentorum significatione *generali* multae res comprehenduntur, quae hoc nomine in significatione *speciali* carent: non tantum scilicet scripturae, sed etiam *testes* b) et multa alia,

nobis Augensi donatum assertum fuit, Ienae 1755. p. 2. §. 1.

a) I. I. D. de fide instrum.

b) Statuta Germanica satis adposite hos *lebendige Kundtschaft* appellant, quibus instrumenta in sensu speciali, *toide Kundtschaft*, opponi possunt. c. P. KOPP von Heß. Gerichten. T. I. p. 448. Nomen autem *Kundtschaft* quodcumque probationis genus denotat. vid. Statuta Heilsbronnensia P. I. tit. 12. Vnde quoque in diplomatis formula nonnunquam usurpatur: *mit Kundtschaft beweisen*. SIEBENREES Materialien zur Nürnberg Geschichte T. IV. p. 616. Nomen *der lebendigen Kundtschaft* occur-

alia, quae ad fidem alicuius rei faciendam adhiberi possunt: qualia sunt monumenta, quae scriptura destituuntur, signa finalia, bacilli fissi (Kerboelzer), c) signa in traditione symbolica adhiberi solita, e. g. claves, annulus, d) quantum e) i. e. chirotheca loricae terra impleta, pileus et ferrum, f) caseus g), symbola

A 2

iurium,

occurrit in Reformat. Norimb. cuius titulus VII inscriptus est: von Beweifung mit lebendiger Kundtschaft: eique titulo sequenti opponitur die Beweifung mit schriftlichen Vrkunden, quae sunt quasi instrumenta vita carentia. confer. SIEBENKEES Beytraege zum teutschen Rechte T. III. p. 232. Simili ratione in Reformat. Francofurt. P. I. tit. 32. inscriptionem habet: von Beweifung mit lebendiger Kundtschaft der Zeugen: documenta autem ibidem p. I. tit. 31. nomen gerunt der schriftlichen Vrkunden. In Ordinat. iudic. prov. duc. Francon. P. II. tit. XV. praecipua probationis genera denotantur durch briefliche Vrkunden oder mundliche Kundtschaft et §. 3. probationes per testes lebendige Kundtschaften appellantur.

- c) SAM. STRYCK de bacillis fissis in diss. Francof. 1690. Vol. III. n. IX.
- d) GERKEN diplomatar. veter. Marchiae Brandenburg. T. I. p. 286.
- e) OETTER über den Handschuh der Graefin Stilla 1783. p. 12 — 21.
- f) BVDER de inuestitura Bernhardi Afcanii per pileum et ferrum in OETTERI histor. Bibliothek T. II. p. 85—94.
- g) qui multis vetustis documentis adiectus in haud paucis

irium, h) veluti iurisdictionis criminalis i) et feudalis, k) insignia gentilitia l) aliaque.

Sensu *stricto* et *speciali* instrumentorum seu documentorum nomen gerunt omnes scripturae ad fidem de veritate facti faciendam idoneae, lingua germanica *briefliche Vrkunden* dictae.

Hoc sensu omnes scripturae intelliguntur, siue hac mente confectae sint, vt probationi futurae inferuant, siue sine hoc consilio ab initio sint exaratae.

Significatio paululum *strictior* instrumentorum seu documentorum haec est, vt ita vocentur scripturae ad veritatem facti faciendam idoneae *solemnibus verbis ac ritibus*

eis registraturis adseruatur. Me hercle! lepidum quis edere posset libellum *de casu diplomatico*.

h) C. F. DANNREVERTERII *diff.* de translatione iurium symbolica. Altqf 1748. Nonnulla huius generis instrumenta constituunt accessorium diplomatum, de quo agunt scriptores diplomatici in capite de symbolis. Multos autem de inuestiturae symbolis allegant scriptores: ZEPERNICK in repertorio iur. feudal. 1787. p. 232; GRUBER im Lehrsystem f. diplomat. vnd herald. Kollegien 1789. §. 315 et praecipue HVCH in Litteratur der Diplomatiek 1792. p. 279 — 284.

i) I. P. ENDTER *diff.* de symbolica possess. iurisd. crim. Altdorf 1712.

k) I. V. WIBEL *praef.* I. G. ESTOR de inaugurat. beneficiar. harum symbolis et ritibus. edit. II. Marburg. 1746.

l) IAC. THEOPH. LINCKII *diff.* de probatione per insignia et arma gentilitia. Altd. 1716.



*ritibus* conceptae. Facti autem nomine tam iura et obligationes, quam alias in facto positae res intelligo. Haec autem instrumenta *diplomatatum* nomine veniunt. <sup>m)</sup> Equidem in hac commentatione, vocabulis *instrumenti*, *documenti*, *diplomatis* et *chartae* promiscue utar, semper respiciendo hanc strictiorem significationem.

§. III.

De instrumenti veritate, fide, et vi probandi.

In instrumento considerari debet eius veritas, fides et vis probandi, quae a iuris Doctoribus non semper distinguuntur.

*Veritas* instrumenti (Aechtheit) ab eo pendet, an illud scriptum vel subscriptum sit ab eo, a quo scriptum vel subscriptum esse affirmatur. Ab hac differt veritas ipsorum contentorum siue *fides* (Glaubwürdigkeit) documenti, quae in eo consistit, si res ita, uti gesta est, consignata legitur. Vis denique *probandi* (Beweiskraft) documento tribuitur, si ex summa eius de eo, quod probandum est, satis constat. <sup>a)</sup>

Ex hoc magni admodum momenti discrimine veritatis, fidei et vis probandi, quae instrumento inest, varia deduci possunt consectaria. Instrumento *falso* neque fides, neque vlla probandi vis tribui potest. Opponitur illi *exceptio falsitatis*, qua probata fides atque vis eius prorsus evertitur. Soia autem instru-

A 3

m) De variis *diplomatis* significationibus nonnulla adtuli in historia mea praefecturae Schreez praefat. p. IV. et tabulam de variis diplomatatum generibus plenissimam exhibuit I. C. GATTERER in Elementis artis diplomaticae Vol. I. §. XII.

a) DABELOW System der heutigen Civil R. G. §. 532—34.

menti veritas non sufficit ad fidem facto cuidam atque vim probandi conciliandam. Obstare enim potest instrumento ceteroquin vero *exceptio simulationis, metus, doli*. Omne vero instrumentum, cui vis probandi tribuenda est, debet esse verum, nec fide carere potest. Attamen non omne instrumentum, quod neque veritate neque fide desituitur, adeoque vim probandi in genere habet, etiam vim probandi in *specie* quadam proposita nanciscitur, si ad rem praesentem probandam nihil facit. Hoc casu *exceptio documenti irrelevantis* opponi potest. b)

#### §. IV.

#### De vario Archivi significato.

Archivi duplex potissimum significatus occurrit. Denotat 1) locum, in quo instrumenta probe et cum cura reconduntur atque custodiuntur, ut aliquando usui esse possint; 2) ipsa instrumenta, quae illo loco ab officialibus *iureiurando* obstrictis custodiuntur: quo sensu haec vox in I. P. O. a) accipitur, ubi loca, civitates, vrbes, oppida, arces, castella antiquis Dominis restituenda cum *archivis et litterariis documentis* iubentur restitui. Inter plura autem archivi synonyma notissima sunt: *tabularium, scrinium, cancellaria et registratura*.

Archiva tempore maiorum nostrorum nomen habuerunt des *Briefkastens*, quia scripturarum asseruandarum copia nondum tanta erat, ut cistae non potuerint

b) E. CH. WESTPHAL im teutschen Staatsrecht 1784. p. 97. §. 12. distinguit inter vim probandi alicuius documenti in genere, et inter gradum probationis, qui pro re inde probanda ex eo peti potest.

a) Art. XVI. §. XV.

rint includi, b) et in cubiculo principis c) vel in sacro templo aliove loco sacro, custodiri.

Postea nomen nactum est des *Briefgewoelbes*, quo linguae germanicae puritati studens illud in sermone vernaculo insignire potest. d)

§. V.

Sententia Doctorum de iure archiui.

De iure archiui et fide diplomatum in archiuis feruorum Iure Consulti olim fouerunt opiniones erroneas et superstitionem politicam aut peruersam iuris Romani interpretationem atque adplicationem redolentes. Ius nempe archiui retulerunt ad iura imperii ciuilibus seu maiestatica et territorialia, illudque regaliū et iurium potestatis legislatoriae annexorum habuerunt numero. a) Hinc factum est, vt in litibus de superioritate territoriali agitatis ex archiui et cancellariae iure etiam argumentum duceretur, veluti in lite inter ciuitatem et abbatiam *Lindauensem*, vt et in lite in-

A 4 ter

b) Bayreuther wöchentl. histor. Nachricht. 1769. p. 2. not. a.

c) de hoc more v. SCHNIZLINI selecta Norimberg. T. I. p. 33.

d) Aut si mauis, *Schriſtbehalter*, *Schriſtgewoelle*, *Schriſtkammer*, secundum KINDERLINGIUM über die Reingkeit der Deutschen Sprache p. 232. Historiam Archiuorum dedit Churpälzbaier. Intelligenzblatt 1785. St. 17. 19. 20.

a) RVLANT de commissariis p. 11. tit. V. cap. IV. n. 2. WESTPHALS Priuatrecht T. I. n. XI.

ter abbatiam *Quedlinburgensem* et Comitatum *Mansfeldensem*. b)

Ob ius imperii et regalium deficiens ius archiui denegare voluerunt nobilitati imperii immediatae, c) ciuitatibus municipalibus, collegiis et corporibus subordinatis, monasteriis, ecclesiis et dominis iurisdictionem patrimonialem exercentibus, atque statuerunt, his illud non nisi ex *concessione superioris* speciali vel *longa consuetudine* competere posse, d) cum in eo semper territorii habenda sit ratio.

§. VI.

De iure archiui verior sententia.

Verius est ius archiui competere omnibus, qui negotia publica administrant et potestatem habent officiales publicos constituendi, vt documenta conficiant et custodiant, neque iuri maiestatico aut territoriali illud inniti. Eo igitur nomine etiam scriniis ciuitatum municipalium, a) dicasteriorum et collegiorum, quibus administratio singularum regiminis territorialis partium est demandata, praefectarum, b) nobilium tam immediatorum c) quam mediatorum, ius archiui est tribuendum

- b) IO. DE HEVMANN de characteribus superioritatis territorialis §. XXXI.
- c) LVCIVS im Bericht vom Adel p. 132.
- d) FRID. RVDLOFF de archiutorum publ. origine vsu atque auctoritate, Erf. 1676. Lipt. 1747. §. 22.
- a) WESTPHAL teutisches Privatrecht T. I. p. 126.
- b) idem teutisches Staatsrecht p. 93. 94.
- c) Et quidem non tantum corpori nobilitatis immediatae, sed singulis etiam nobilibus. I. I. BECK de iurisdic.

endum, atque documentis ibi reconditis et asseruatis non minor auctoritas est assignanda, quam aliis tabulariis publicis, d) quamvis ea non archiui, sed *registraturae* e) nomen gerant. Hoc enim titulo tam olim, quam hodie, ipsorum imperii ordinum archiua frequenter insigniuntur. „Quid hodie,“ sunt verba HEYMAN-  
 „NI: f) cancellariae et archiui vocabulo frequentius?  
 „Si nunquam, certe in hoc negotio, verba valent sicut  
 „nummi, cum saepius ratio personarum, non territorii  
 „habenda sit.“ Inter archiuum et registraturam nul-  
 lam nisi verbalem distinctionem agnoscit MOSERVS, g)  
 et hoc discrimen ponit, quod archiuum principis res  
 maioris momenti et magis arcanas comprehendat, quam  
 alia registratura. Neque a stylo publico Germaniae  
 abhorret statibus provincialibus, civitatibus municipa-  
 libus, academiis aliisque ius archiui tribuere. h)

## A 5

## §. VII.

dict. Vogteica immediata p. 97. SCHROETERS verm.  
 Abhandl. B. 2. p. 292 von GÜNDERRODE Staatsrecht  
 p. 955. §. 16. MVLZ corp. iuris publ. p. 2. p. 865.  
 KNIPSCHILD de nobilit. lib. III. c. 2. §. 220.

d) MÜLLER in obfl. ad Leyfer. T. III. obf. 471.

e) quae antiquis temporibus nonnunquam *Cortisanes* vo-  
 cantur, quod vocabulum ab Hummelio explicatum in-  
 venies in SCHAERTELS Lebensbeschreibung T. I. p. 19.  
 not. X.

f) l. c. §. XXXI.

g) von der Landeshoheit in Regierungsfachen p. 338.

h) STRVBEN in Nebenst. T. VI. p. 422.

## §. VII.

## De iure archiui monasteriis et ecclesiis non denegando.

Monasteriis et ecclesiis ius archiuorum nonnulli plane denegant; a) alii vero praesumptionem satis iniquam stabiliunt contra instrumenta ex illis producta.

Mirum sane est, monasteriis et ecclesiis ius archiui nonnullos denegare velle, cum tabularia antiquissima in illis deprehendantur, refertissima chartis, quae antiquitate omnia archiua politica superant b) Neque in aliis quam locis sacris tabularia sua satis tuta esse posse existimarunt medii aevi proceres atque gentes nobiles, c) Inclutum iudicium Camerae imperialis libris e monasterii archiuo productis fidem haud denegat d)

## §. VIII.

- a) I. H. BOEHMER in diff. iura statuum protestant. circa monasteria Catholic. cap. II. §. XV.
- b) GOD. HECHT de coenobiis Germaniae rerum gestarum tabulariis 1715.
- c) de archiuis et tabulariis ecclesiarum, monasteriorum, eorundemque custodia excerpta ex Iusto Fontanino atque Mabillonio dedit WENCKER in collect. archiv. et cancellar. iuribus p. 796 seq.
- d) CRAMERI Wezl. Nebenst. T. XV. p. 85. Ecclesiis et monasteriis ius archiui tribuit LAVTERBACH in Colleg. th. pract. lib. XXII. lib. IV. §. IIX. Inter mediata et immediata monasteria distinguit E. C. CANZ de probabil. iur. d. p. 139.

## §. VIII.

Sententia vulgaris de fide documentorum  
archiualium.

Effectum iuris archiui in eo communiter ponunt Iuris publici Doctores, vt scripturae quaecunque in archiuo publico repertae, *pro scribente* plenam probationem faciant tam in territorio, qnam extra territorium, cum archiuum personarum publicarum atque iuramento obstrictarum custodiae atque curae sit commissum, atque omnem suspicionem excludat, supposititia aut interpolata esse instrumenta ex iis prolata. Ad archiuum bene constitutum vero requirunt, vt priuatorum litterae non promiscue illi inserantur, atque vt manu archiuarii testimonium sit additum, documentum inde esse depromptum. a) Loco, vbi instrumentum asseruatur, tantam tribuunt fidem, et omnia documenta ex archiuo producta tanta profequuntur veneratione, vt etiam apographis cuiuscunque generis die et consule vel sigillo destitutis, etiamsi originale non afferri possit, dummodo constat, cuius manu sint scripta, nec non omnibus scripturis priuatis inde depromptis fidem plenissimam tribuant, et omnes harum chartarum naeuos per locum, in quo asseruantur, vna quasi litura induci statuunt. Sententiae suae firmandae causa ad argumenta nonnullorum textuum iuris ciuilibus et canonicis, vtpote ad Nov. XLIX, cap. 2. §. 2. Authent. ad haec C. de fide instrum. et cap. fin. X, de fide instrum. prouocant, putantes, his textibus documenta archiualia in numerum documentorum publicorum esse relata.

## §. IX.

a) MYLER AB EHRENBACH de iure statuum imperii cap. 47. §. 4. 5. GAER. SCHWEDER in introd. in ius publ. imperii R. G. P. Spec. sect. II. cap. 13. §. 15. AH. FRITSCHIVS ap. WENKER l. c. p. 39. qui nubem Doctorem assert idem statuentium.

## §. IX.

## Examinatur atque refellitur.

Ex Nov. XLIX. cap. 2. et Authentica ad hæc C. de fide instrum. adfirmatur, chartam, quæ profertur ex archiuo publico, ob hanc ipsam causam, vim et fidem instrumenti publici habere et plenam efficere probationem, licet reuera sit charta priuata. Sed ipsæ hæc leges nihil inuunt, nisi, chartam, quæ ex archiuo publico profertur, testimonium publicum habere, nulli vero legitur, plenam probationem illam facere eamque publicum esse instrumentum. Intelligi debent leges allegatæ de charta, quæ debitis requisitiis est instructa, nec mere priuata a)

In Cap. autem fin. X. de fide instrumentorum Gregorius IX. Pontifex maximus Romano instrumento per publicam personam auctoritate iudicis ordinarii vel delegati exemplato eandem cum originali vim atque auctoritatem tribuit. Nihil itaque continet ad firmandam sententiam vulgarem,

Ab analogia iuris plane abhorret, instrumenta, quæ neque publica auctoritate confecta, neque eadem confirmata sunt, pro publicis habere, illisque plenam tribuere fidem, cum nulla plane auctoritate publica nitantur. Locus custodiæ solus fidem ei non tribuere potest, quod per se fidem non habet, b) neque scripturis quibuscunque auctoritatem et qualitatem instrumenti publici conciliare potest. Translatio in archiuum publicum

a) M. G. WERNHER in lectiss. comm. ad Pandect. T. II. p. 127.

b) STRVV in syntagm. iur. civ. lib. XXII. tit. IV. thes. 31. I. H. BOEHMER in iure eccl. prot. lib. II. tit. XXII. §. IIX. et I. A. HELLFELDI opera minora 1789. T. I. p. 366. §. 29.



cum producit tantum praesumptionem pro veritate instrumenti, c) Fides autem instrumentorum in archiuo repertorum aliunde pendet, et ab aduersario impugnata ex ipsius instrumenti qualitate iisque, quae ex inspectione documenti ipsius, praesertim authenticum, apparent, regulis artis diplomaticae in subsidium vocatis, est diiudicanda.

## §. X.

## Continuatio eiusdem argumenti.

Naturae ipsius rei et experientiae repugnat, omnes scripturas archiuus illatas inter publicas et plene probantes referre. Haud raro contingere solet, ut chartae mere priuatae, neque vlla fide publica munitae, in archiuum inferantur. Euenit interdum, ut scripturae imperfectae afferentur, quibus omnis vis obligandi est deneganda. Ex archiuus denique documenta falsa prodiiisse, neminem latere potest, qui bella diplomatica nouit a) superiori et nostro saeculo gesta. Quae cum ita sint, cur quaeso loco custodiae tanta auctoritas esset tribuenda, ut quaecumque documenta archiuaria omni exceptione maiora sint habenda?

Quoad instrumenta ex archiuus prodeuntia circumspicione opus est, ne laudentur adumbrationes legis patriae vigorem haud nasctae, neque illae, quae executioni nunquam datae, vel alteri tantum parti proficuae, seriationes et acta oblocutionibus et reseruatione eorum, quae aduersarius inciderat, carentia, quibus abundant per saepe tabularia, b) Contententem allegare

c) G. L. BOEHMER in princip. iur. canonici, §. 864.

a) incipiunt a tempore Nicolai Zyllesii 1638. et exposuit ea HVCH in Litterat. der Diplomatick p. 76 seq.

b) hanc obseruationem magni momenti debemus I. P. CARRACHIO in paradox, de obseruantia imperiali §. XII.

gare possum virum laude mea maiorem D. G. STRVBENIVM, qui ita verba facit : c) Nicht selten werden vnuollkommene Contracte vnd Copeyen vnd deren Original cassiret oder zurük gegeben, zu den Acten ge-  
leget, damit dasienige so ehemals verhandelt worden, nicht in Vergessenheit gerathe; mithin kan die Bewahrung in einem Behaeltniß, ohne des Gesetzgebers Disposition, solchen Schriften keine Kraft etwas zu beweisen, beylegen. d)

Si verum dissimulare non licet, negare non possumus, instrumenta falsa et supposititia ex archiuis fuisse producta atque in illis adseruari, e) vel saltim illa, quae in suspicionem falsi et suppositionis facile incidunt, quia ad aliud plane seculum sunt referenda, quam cui assignantur. Ex multis, quae mihi innotuerunt exemplis, nonnulla tantummodo in medium proferre liceat.

I) Diploma Caroli M. imp. de *concessione iurisdictionis criminalis*, quod in diplomat. Nachrichten von

c) in Nebenfunden T. VI. p. 420.

d) embryonem huiusmodi diplomaticum de a. 985. sinit ab Erath in Cod. dipl. Quedlinb. p. 20.

e) Eisenhart de iure diplomatum cap. V. §. VII. qui locum notatu dignum ex Iosephi Scaligeri epistolis quo ad hanc rem adtulit. Optandum est, vt *bistovia* — quam nondum plene tractatam esse cenfeo — *falsorum et falsariorum diplomaticorum* diligenter excolatur. Specimen huius rei sinit Darstellung der Betrügereyen vnd Nachricht von dem Leben Hrn. M. Michael PRIEST K. Sigismunds Protonotarii 1779. 4. et scriptores, qui nonnullos diplomatum falsarios ante oculum ponunt allegat ab Erath l. c. p. 974. not. 54.

von dem Ursprung und Stiftung des Benedikt, Klosters Neustatt am Main 1767. p. IV. in lucem producitur, variis dubiis diplomaticis et historicis subest, vt eandem sententiam fouet praeceptor meus multis nominibus mihi carus ill, KLÜBER in libello egregio: Geschichte der Gerichtslehen 1785. p. 27.

- 2) Diploma HENRICI II. reg. quo oppidum *Liptzk* Ditmaro Episcopo Martisburgensi dono dedisse fertur, sine nota temporis prodiit. Collocant nonnulli in annum 1022. Sed magna illud laborare suspitione ostendit MASCOV de iure stapulae et nundinar. Lipf. §. XVI. not. 8.
- 3) Statuta ciuitatis *Weidenfis* in terra Advocatorum (Voigtland) a 1027. scripta esse dicuntur, quae publicae luci donauit diligens patriae antiquitatum scrutator LONGOLIVS in sichern Nachrichten von Brandenburg Culmbach T. 2. p. 181. seq. non eius sunt aetatis, cui assignantur, sed forsân ad finem Seculi XIII sunt referenda. Confer. DREYER in Schotts Samml. zu den deutschen Land vnd Stadt Rechten T. I. p. 13. WALCHII Rechtsgeschichte p. 410. eiusdemque notae ad Eckhardi Hermeneut. iur. p. 655.
- 4) Diploma quod Lotharius imp. a. 1128, castello *Burgbernheim* in terris nunc regis Barutinis sito *lingua germanica* concessisse fertur, quodque ediderunt LONGOLIVS in sichern Nachricht. von den fürstl. brandenburg. Landen I B. 1 St. p. 67 et OETTER in der burggraevl. nürnberg. Geschichte, Versuch 1, p. 249. haud verum est, vt iam eandem suspitionem excitauit Fautor meus summa pietate colendus, celeb. SIEBENKEES, in Beytraegen zum deutschen Rechte T. V. p. 71. Pro certo

certo enim adfirmari potest linguam germanicam seculo demum XIII. in diplomatibus inueniri authenticis. L. B. de SENKENBERG eiusmodi diploma de a. 1240. vidit, quod in Commentatt. Soc. Goett. III. Tab II. aeri incisum reperitur et vitiose vt solet edidit LÜNIG T. XIII. p. spec. Cont. IV. T. I. p. 1250 confer. HAEBERLINI Auszug etc. II. p. 330. SPISIO autem meo, crifese diplomaticae peritissimo, primum diploma teutonicum authenticum de a. 1250 in manus venit, vt in Ephemeridib. litterar. Ienens. 1793. N. I. docuit.

5) Diploma *germanica* exaratum *lingua*, dat. zu plawe 1143 an den ersten suntag nach vnser vrowen tag, alz di geborn wart, quod LONGOLIVS inuenit, sichern Nachrichten von B. C. T. II. p. 106. seq. edidit et in tabulario *Gerano* custoditur, ad non seculum XIV. erit referendum. Rationes, vt ego quidem crediderim, magni ponderis strictim exposui in historia mea praefecturae Schreez praefat. p. XI. quacum conferas, si placet, quae in historia Pegnesii oppidi p. 100. not. a monui.

Sed satis de his in praesenti. Iudicium autem FRIDERICI GVILIELMI BIERLINGII, f) viri sagacissimi, de fide, quam faciunt archiua, dignum est, quod hic repetatur: „Tandiu archiua fidem merentur apud lectorem, aut arbitrum, si forte controuersiae inter principes oriantur, quamdiu ex aliis circumstantiis non adest praegrans ratio dubitandi. Si contradicunt sibi archiua, quod saepius fieri solet, illud verosimilius est,

f) in diff. de iudicio historico §. XXV. quae eiusdem commentationi de pyrrhonismo historico a. 1724. Lipsiae editae in calce adiecta legitur.

quod cum connexione circumstantiarum optime convenit. Hoc si indicari nequeat, sed ab utraque parte adsint rationes probabiles, iudicium suspendi debet. Praesertim controuersiae principum non semper ex archiuis dirimi possunt, cum quilibet ex suo aliquid proferre queat, quod pro ipso facit. „

§. XI.

De apographis ex archiuo productis.

Cum solus locus, in quo apographa afferuantur, atque sola custodia publica his nullam addere possit fidem, exemplis documentorum, quae ex archiuo producuntur, sine authentico, a) non maior quidem fides tribuenda erit, quam si sub custodia hominis priuati reperta fuerint: sed illis tamen alia accedere possunt adminicula, quae tantam praesumptionem producant, ut apographa iureiurando locum faciant, vel plenam fidem facto cuidam concilient. b) Sic effici potest, ut apographo auctoritate publica atque rite vidimato, quod maioris securitatis causa in archiuo est repositum, magna vel plena habeatur fides, quae vero non reperitur a solo loco, in quo illud reperitur. Antiquitas temporis, quo transfusio facta est, aut vidimatio personae fide dignae, quae apographo accessit eo tempore, quo neque lis orta erat, neque expectabatur, sunt causae speciales, quae ipsi auctoritatem magnam pariunt. Quo antiquius enim est *apographum*, quod in lite quadam producitur, eo magis fictionis, corruptionis aut inter-

pol-

a) HOMMEL in Rhapsod. obs. 291.

b) HORNII cl. I. resp. 35. n. 5. WERNHER P. I. obs. 365. n. 3.

polationis suspicio corrui, licet *authenticum* c) eius afferri non possit. Sed omnibus exemplis nudis documentorum ideo plenam fidem tribuere, quia ex archiuo sunt deprompta, neque leges, neque iuris analogia praecipunt.

## §. XII.

## De Chartulariis.

Apographa diplomatum saepissime *diplomataris* seu *chartularis* sunt illata, quae *Copialbücher* vocantur.

- c) In hunc numerum optimo refero iure diploma Caroli M. imp. quo ecclesiam Onoldisbacensem a *Gumberto*, eius fundatore, ipsi traditam, accepit variisque illam exornauit priuilegiis, IV. Kal. Apr. a. 787 quod peculiari commentatione illustrauit I. F. GEORGII 1730. OETTERVS quidem hoc diploma supposititium esse contendit, in Erklarung des Nahmens Onoldsbach 1782. Sed salua res est. Quamquam diploma hoc nostris temporibus in tabulario Onoldino non reperitur (antiquissimum enim, vt ego scio, exaratum est Rothii ab Imp. Ottone 959 pro monasterio *Ahausen* in praefectura Onoldina Wassertrudingenfi olim sito) adfuisse tamen ex iuratorum archiu custodum testimonio testantur triumviri: STREBEL in Begriff der Historie des S. Gumprechts-Stifts zu Onolzbach 1738. p. 5. et in Franconia illustrata T. I. p. 126—141. de scütz in Corpore hist. Brandb. T. I. comment. IV. p. V. nec non FISCHER in Geschichte der Stadt Anspach p. 75. historia et arte diplomatica quoque in subsidium vocata.

tur. a) Quamvis illa frequenter in archiuis afferuntur, non tamen ejusdem semper sunt auctoritatis atque fidei. Ea, quae non tantum ex autographis descripta, sed etiam a notariis vel aliis personis publicis recognita et subsignata sunt, autographorum ipsorum fidem et auctoritatem habent, adeoque plene probant. Illa vero, in quibus nullum publicae auctoritatis vestigium cernere licet, sunt altioris indaginis, nec plene probant, quamvis in archiuo afferentur. Cum igitur auctoritas eorum omnino redeat ad vidimationem et documentorum summam, nulla ratio habenda est loci, ubi reperiuntur. b) In diplomatariis vero non authenticis ex ipsa eorum inspectione diiudicandum est, quanta diligentia et cura et quo tempore sint confecta, et quanto habitu scripturas veteres legendi scribae fuerint instructi, nec non quanta valuerint facultate falsa a veris distinguendi, quo de fide ipsis tribuenda satis constat.

### §. XIII.

De privilegiis quibusdam memorabilibus circa auctoritatem apographis tribuendam.

Imperatores Germaniae nonnullis ordinibus olim privilegia expressa concesserunt, vi quorum exemplis

B 2 ex

- a) vel libri privilegiorum, Gemein - oder Register-Bücher, de quorum egregio. vfu egit SPIESIVS von Archiuen p. 35.
- b) conf. I. W. WALDSCHMIDII diff. bonae frugis plena de probatione per diplomataria, Marb. 1736. rec. Lips. 1753. I. C. GATTERER in elem. art. dipl. Vol. I. §. II. WESTPHAL tautesches Staatsrecht, p. 98.

ex archiuis eorum depromtis instrumenti authenticī auctoritas atque plena fides competere debet.

A Friderico III. sedes archiepiscopalis atque electoralis *Treuirensis* a. 1442 insigni priuilegio est aucta, a) vt diplomataria Treuirensis, quae *Mannbücher* vocantur, in iisque descripta exempla eandem in probando fidem facere debeant, quam ipsa autographa deperdita, si praesto essent, operarentur, nulla licet vidimatio a persona publica instituta accesserit.

Ciuitas *Argentoratensis* a Maximiliano I. a. 1494 b) accepit priuilegium huic geminum, vi cuius exemplis diplomatatum huius ciuitatis eadem fides quam ipsis authenticis est tributa, si ab Episcopo, Praelato, vrbe aut persona alia fide digna, sigillo apposito recognita essent.

*Aufriaca* domus ab Imperatore Carolo V Augustae Vindelicorum VIII. Sept. 1530. eodem quidem priuilegio ornata est, vt exemplis ex archiuo Aufriaco depromtis fides tanta tribuenda sit, quantam instrumentum authenticum habere soleat c) Sed serenissima haec domus in lite super succellione Aufriaca cum Baouariae Electore post obitum Caroli VI. imperatoris orta ne quidem ad hoc priuilegium prouocare voluit.

Quod si vero ex hisce priuilegiis quicquam colligere licet, vix me temperare possum, quin statuam, illis temporibus non iuris communis assertionem fuisse habi-

a) LÜNIGII corp. iur. feud. T. I. p. 389.

b) non a. 1394, vti in WALDSCHMIDII cit. diff. p. 9. (ed. de a. 1736.) legitur, quod vero sphalma typographicum in edit. Lips. a. 1753. sublatum est.

c) SCHROETTERI Abhandlungen aus dem oesterreichischen Staatsrecht 1762. T. I. p. 241.



habitam, quod apographa, dummodo ex archiuo sint prolata, plenam semper fidem faciant: cum priuilegio vix opus fuisse videatur, nisi ius singulare tribuere voluisset concedens.

§. XIV.

De fide instrumentorum archiuualium in causa propria eius, cuius est archiuum.

LEYSERVS, strenuus alias aduersarius assentationum Iure Consultorum, sibi ipsi ab hoc vitio non satis cauit, statuendo in causa principis propria instrumenta ex eius archiuo desumpta, quamquam ne quidem sint publica, probare contra ciues eius, a) ex argumentis haud sufficientibus, veluti quia ius archiuui sit pars aliqua maiestatis et superioritatis territorialis, et quia in litibus, quae principi cum suis ciuibus intercedunt, causae cognitio et decisio ad principem pertineat. Est sane argumentum Leysero plane indignum qui asserit: "cum, quod maius est, iurare videlicet, principi permitimus, licebit ei etiam minus, probationes nempe ex archiuo suo desumere."

Instrumenta ex archiuo desumpta in causa principis aut ordinis imperii aut superioris propria contra eius ciues tunc demum probant, si non tantum a parte principis sint confecta, sed et illis conficiendis is, contra quem illa producuntur, vel ii, quibus hic vilo modo successerit, interfuerint. Postulat hoc analogia ab instrumentorum priuatorum natura deducta, et regula generalis, quod scriptura non probet pro scribente,

B 3

Extra

a) spec. 266. m. 7.

Extra territorium autem hisce documentis, positis iisdem requisitis et ceteris paribus, fides non omnis erit deneganda, si spectant ad negotium cum alio principe aut alterius rei publicae ciue celebratum, b)

Liber ex monumentis in archiuo repertis confectus contra principem, cuius est archiuum, qua liber, nihil probat, sed ad fontes, ex quibus haustus est, omnia redeunt, c)

### §. XV.

Quatenus documenta archiualia recognitione egeant.

Documentorum archiualium dignitatem in eo etiam quaesierunt interpretes iuris antiquioris, a) quod haec nulla indigeant *recognitione*. Sed distinguere licebit inter recognitionem in sensu *speciali*, quae instrumenta propria respicit, et quae per discessionem iuratum declinari potest, et recognitionem in sensu *generali* i. e. agnitionem veritatis instrumenti producti. Vt is, contra quem instrumentum productum fidem facere debet, eius veritatem *agnoscat*, semper necesse est, siue id fiat *expresse*, siue *tacite*, nulla exceptione opposita. Quod vero fiet, si in genere documentum pro eo agnoscat, pro quo ventilatur, aut si agnitio illa specialis

b) Vberiore commentationem huius assertionis lege in MÜLLERI obsl. ad Leyf. T. III. Obsl. 466. 467.

c) IDEM Obsl. 468.

a) Scripturas ex archiuo prolatas tanquam instrumenta publica nulla egere recognitione extra Saxoniam est communis Doctorum opinio, Rudloff de archiv. publ. origine §. 36.

lis dirigatur ad singula momenta in instrumento comprehensa, et ad illam qualitatem, sub qua instrumentum est productum. Licebit autem exceptiones proferre contra haec instrumenta, quae audiendae et examinandae sunt, num fidem documenti infirmant.

§. XVI.

De examine veritatis diplomatum  
archiuualium.

Ex Leyseri a) sententia documenta ex archiuis deprompta non sunt rigide nimis examinanda, idemque statuit, diuersitatem manuum, scripturam superlinearem et lituras illorum fidem non prorsus infirmare. Assertiones has in meditatione adiecta ipse quidem ita explicat atque illustrat, vt maiorem veritatis speciem accipiant. Sed Nouella XLIX. c. 2. ad quam prouocat, sententiam ipse in rubro meditationis expositam minime confirmat. Quicquid ex publicis archiuis profertur, publicum quidem in genere habet testimonium; sed non probat plene, nisi suppositis circumstantiis reliquis, quae nullam falsitatis suspicionem pariunt. Nulla ratio adest, ob quam examen horum documentorum minus rigidum esse debeat quam aliorum, et cur falsitatis aut interpolationis notae magis sint negligendae, quam in aliis diplomatibus. Memorabile criseos diplomaticae exemplum exhibet c. 6. X. de fide instrum. Illud quidem vna cum c. 5. X. de crim. falsi, quod varios falsa in instrumentis committendi modos enarrat, et c. 6. X. eodem, quod regulas formularum in litteris papalibus sinit, peculiari

B 4 com-

a) Sp. 266. m. 5. 6. vid. etiam WESTPHAL im teutsch. Staatsrecht p. 97.

commentario ab artis diplomaticae perito explicari atque illustrari meretur, cum prima artis diplomaticae vestigia contineant, quae ab iis, qui historiam eius exposuerunt, quantum equidem scio, haecenus sunt neglecta.

## §. XVII.

Cautiones quaedam in examinanda diplomatum archiualium veritate illisque ad litium decisionem applicandis adhibendae.

1) Nemo artis diplomaticae gnarus ignorat, regulas diplomaticas, quas artis huius Doctores formarunt, interdum satis lubricas esse, neque tantam habere certitudinem, ut diploma, quod a nonnullis harum regularum defectit, illico plane sit reiiciendum. Sed nolim tamen ex eo inferre, nondum regulas certas stabilitas esse, neque illas efformari posse, quibus cum fructu uti quis possit in examinanda veritate diplomatum: hoc potius inde est colligendum, caute esse procedendum, tam in formandis, quam applicandis regulis diplomaticis, ne diploma falsum habeatur, quod verum est, vel veri specie imponat, quod falsitatis notam meretur.

2) De diplomatibus, quae de iuribus controuersis inter clericum et laicos agunt, quaeri potest: quomodo eorum interpretatio sit facienda. Sunt qui hanc regulam hermeneuticam stabiliunt: interpretationem semper faciendam contra clericum et pro laicis. a) Rationes huius regulae petuntur ex contentione inter sacerdotium

a) FISCHERUS in der Geschichte des Despotismus in Teutichland. p. 66.

dotium et imperium, ex canonibus atque patrum scriptis, in quibus fraudes huius generis piae habentur atque approbantur, ex munere clericorum diplomata exarandi et quidem sermone laicis incognito, ex usurpatione imperii et legislationis ciuilibus, quibus in sui fauorem semper est uia ecclesia. Sed vereor, ne interdum iniuria inferatur ecclesiis, si hanc praesumptionem generalem semper sequaris, nisi alia adminicula adsint, quae suspicionem falsitatis faciunt.

3) In seculis illis remotioribus IX, X et XI. tantum abest, ut nota falsitatis erui possit ex uitiis chronologicis, subscriptionibus mancis, sigillis male applicatis: ut potius ex hisce uitiis praesumptio pro ueritate cuiusdam diplomatis oriatur. Clerici enim, qui utilitatis propriae causa falsis diplomatibus uti uolebant, stylum curiae atque notas chronicas non ignorabant, b) et tanta uerorum diplomatum copia abundabant, ut facillima opera effingere potuerint diplomata noua sibi profecua, in quibus falsitatis nec uola nec uestigium deprehenditur. c)

4) Falsitatis suspicio eo magis augetur, quo maioris momenti est summa ipsius chartae, et quo maioris ponderis sunt iura in ipsa comprehensa et ex illa probanda. Maiori cautione in admittendis his chartis opus erit, quam in aliis, quae non continent tanti ponderis iura, et in quibus uix apparet, quatenus eius, cuius ista esse dicuntur, interesse potuerit instrumenta falsa effingere.

B 5

5) Au-

b) KRAVSE Einleit. in die Geschichte des teutischen Reichs 1782. P. 33.

c) FISCHER lib. cit. p. 68. qui etiam auctores du nouueau traité de diplomatique T. I. p. 77. in suas uocauit partes.

γ) Authenticis maior sane fides est tribuenda, quam exemplis: cum artis diplomaticae probe gnarus minori opera possit supposititium conficere apographum vel documentum verum, cuius exemplum profertur, interpolare, nec vitium a falsario commissum statim in oculos incurrat, vti in charta, quae pro autographo ventilatur, cuiusque auctor erat homo arte diplomatica leuiter tinctus. In apographo de chartae aut scripturae genere, de rasura aliusue vitii in loco suspecto, quae in autographo conspiciuntur, de sigilli veritate non potest ita iudicari, vt in autographo. Huius inspectione demum certo iudicari potest, an diploma prolatum sit genuinum, vel sublestae fidei et supposititium, vel saltim interpolatum. Nonnulla autem documenta ita sunt comparata, vt eorum spuria ratio statim in oculos incurrat, d) Nullum tamen diploma

d) Hoc in plura diplomata, quae GOLDAST T. I. constituit, imperial. et LÜNIG in archiuo imperii ediderunt, cadere, exemplis sane luculentis probatum iuit FRANKKE in praefat. ad Hoffmanni et Obercamp lucubrat. de re dipl. 1758. p. VIII. et X. In hunc censum inprimis veniunt priuilegia duo, quae Iulius Caesar imp. Romae die Veneris regni sui anno primo, ac Nero apud Lateranum in die Martis illius Magni Dei *terrae Orientali* (der ostlaendischen Mark) dedisse fertur, SCHROETERS Abhandl. aus dem oesterreichischen Staatsrechte p. 41. not. c. et p. 134. Nec silentio praetereo diploma *Ortonis* III. imp. supposititium monasterio S. Mariae iuxta Gandershemium indultum, cui impostor VII. id. iun. a. DCCCXC affinxit, quod POLYX. LEYSER de mundi-burdio, Helmst. 1727. p. 3. edidit, et dubia contra eius veritatem p. 5 — 10. adtulit grauissima.

ploma typis excusum statim damnandum, quia eius orthographia seculo non conuenit, quo illud datum esse dicitur. Sic LÜNIGIVS e) aliique editores diplomatum, quibus parum erat curae, scripturam documenti authentici stricte exprimendi, f) aut qui hanc nunquam inspexerunt, multa diplomata in lucem publicam produxerunt, orthographia diplomatica plane neglecta, vel ipsorum verborum g) et chronologiae h) ratione post

e) Quem HAVSENIUS in der allgemeinen Bibliothek der Geschichte Bd I. T. 2. p. 293. ita pulcre descripsit: LÜNIG trug ein Kleid, welches auf die Füße herabgieng, hatte einen Körper wie die Giganten, eine Stimme, welche die Toden erweken konnte, *bey allen seinen Sammlungen* (quod probe teneatis velim) *dachte er nicht einen Tag.*

f) Hinc *lectiones variantes*. Caroli M. priuilegium, quod ecclesiae *Bremensi* impertiuisse dicitur, habet *Cranzius* in Saxonia l. 2. c. 15. p. 103 et *Adamus Bremensis* in hist. eccl. l. 1. c. 10. p. 12. Vtrumque in Obsl. sel. Hal. T. X. p. 373 inter se confertur, et notatur, exceptis iis, quas *Maderus* in eo iam notauit, vltra *L. lectiones variantes* hic reperiri ac interdum plures etiam lineolas in vno deficere, quae in altero apparent.

g) Exemplo sunt: *LVDEWIGII* reliquiae, traditiones *Laureshamenses*, *SCHANNATHII* tradit. *Fuldenf.* et *Monimenta boica*, opus ceteroquin, ob res quas continet, omni laude dignum. Conf. *SEMLERS* histor. Abhandl. 1794. p. 225—267.

h) Sic in *SCHÜTZII* Corpore historiae brandenburg. diplom. Comment. IV. diploma XX. non est a. 1196 sed

post habita; quibus tamen non omnis deneganda erit fides.

6) Festinationis in iudicando reus foret, qui ex vnica formula insolita falsitatem diplomatis, in quo illa occurrit, deducere vellet. i) Ars enim formularia nondum ad illud perfectionis culmen est perductum, vt ipsi nihil addi possit, neque ea vlla egeat emendatione.

7) Instrumentum sigillo adhuc munitum, vel in quo eius vestigium conspicitur, pro authentico erit habendum. Sed maxime falleretur, qui omnia diplomata sigillo destituta, neque sigilli vestigium exhibentia in apographorum numerum referre vel illis fidem denegare vellet. Dantur enim chartae *pariclae* et *notis chirographicis* instructae, chartae *partitae* et *indentatae*, k) quae sunt vere authenticae, quamquam sigillo careant.

1193 scriptum, vt ex FALKENSTEINII Chronic. Suabacensi II. p. constat dipl. XXXIX non a. 1240 sed 1260 exaratum dipl. XLV. non 1258 sed 1259. editum est.

i) Consentit mecum de SENKENBERG in Gedanken vom Gebrauch des vralten deutschen Burgerlichen vnd Staatsrechts etc. §. XLIX. p. 123.

k) de chartis indentatis obseruationem inferere curauit I. C. H. DREYER in der vermischten Hamburg. Bibl. T. I. p. 558. vid. etiam C. P. KOPPII liber egregius von den Gerichten in den Hessen-Cassel. Landen T. I. §. 58. p. 447. Schedulae, quae *ausgeschnittene Kerbzettel* dicuntur, iure provinciali Onoldino sunt prohibitae. De alia specie *ausgeschnittener Zettel*, quae sigillo non carebat, in Silesia adhiberi solita egit (BOEHME) in dipl. Beytr. zur Vntersuch. der Schles. Gesch. u. d. Rechte. T. I. p. 77. 78.



careant. Variis denique casibus sigilla genuini diplomatis perire potuerunt. 1)

8) Autographa antiqua ab exemplis non possunt distingui per materiam, in qua sunt scripta: cum dentur authentica in charta *lintea* m) et exempla in charta *pergamena* exarata. Sed chartae lintae inscriptum diploma ante Sec. XIV. suspicionem falsitatis effugere nequit: n) ante Sec. XIII. autem plane falsum habendum est. Documentum in charta signata exaratum, quae tempore scriptionis nondum adhiberi est solita, falsitatis nota est adiciendum. Quae cum ita sint, facile patet, quanta fides habenda sit testimonio *Notarii*, qui documentum transfusit addita clausula, exemplum suum plane congruere cum scriptura *authentica*, cum

1) GATTERER in Elem. art. dipl. T. I. p. 274. §. 322.

m) de qua videatur HVCHS Literatur der Diplomatick §. 14. Huius chartae originem ad seculum XIV referunt. ADAM Handbuch der röm. Alterthümer Bd. 2. p. 944. Specimina antiquissima sunt illud, quod L. B. H. C. de SENKENBERG protulit de a. 1306; diplomata duo Kaufburana de 1318; diploma Norimbergense de 1319, cuius DE MVRR in Beschreibung der Merkwürdigkeiten in Nürnberg p. 671 meminit. Maiorem lucem chartae lintae originibus adtulit I. G. BREITKOPF im Versuch den Ursprung der Spielkarten, des Lumpenpapiers und den Anfang der Holzschneidekunst in Europa zu erforschen, Leipz. 1784. 4.

n) Contra chartam linteam anni 1228 a I. G. SCHWANDNERO ex cimeliis bibliothecae Augustae Vindobonensis productam haud levia dubia sunt mota in CANZLERI neuen woechl. Nachr. 1788. P. 417.

cum ne artem quidem diplomaticam callens statim certo definiri possit, quidnam de diplomate exhibito sit statuendum, ac num in authenticorum documentorum numerum sit referendum.

g) In chartis antiquioribus solum apographum sine authentico, quamquam a biga notariorum illud cum authentico integro atque illaeso collatum esse testimonium sit additum, non simpliciter fidem facit, si ex charta ipsa dubitationes graues contra eius veritatem oriantur, cum notarii credulitate temeraria facile credere potuerint, scriptum adulterinum, vnde exemplum desumerunt, fuisse authenticum. o) Hi etenim rarissime artem diplomaticam ita callent, vt iudicium rectum de genuina chartae antiquioris qualitate ferre possint. *Dazu gehoeren weit andere Augen des Leibes und Verstandes*, vt I. D. KOELERVS recte p) monet, vbi de charta foundationis loquitur, quam Episcopus Hildesienfis Alfredus a. 873 (vel potius 870) abbatiae *Affindienfi* (Essen) concessit. Fides exempli semper pendet a fide authenticae scripturae, ex qua exemplum desumptum est. Maioris autoritatis igitur erit descriptio diplomatis archiuialis ab archiu praefecto procurata, qui haud facile authentici et exempli confusionem admisisse praesumitur. Quod reliquum, ad *exemplificationem* q) discrete requirunt leges, vt instrumen-  
ta

o) I. H. BOEHMER in I. E. P. Lib. II. t. 22. §. 5.

p) in eius Münzbelustigungen T. XIII. p. 211.

q) Exemplificare, vocabulum quod in diplom. de a. 1381 in HAEBERLINI analecti. medii aevi p. 60 occurrit, idem est ac ad exemplar describere. Documentorum autem exemplificatio fundata est c. f. X, de fide instrum. et  
O. C.

ta exemplanda iudici praesententur, quo ille cognoscere possit, an in nulla sua parte sint vitata.

10) Ex eadem ratione definiri potest, quanto maior fides adhibenda sit apographis, quibus archiota ipse testimonium exemplificationis rite factae et clausulam *illa cum originali concordare*, adiecit, prae illis, quae a notariis aliisque personis publicis sunt transfumta. In archiui enim custode maior facultas scripturas antiquas promte legendi, easque difficultatibus laborantes rite enodandi praesumitur, quam in aliis, qui apographis conficiendis suam impendunt operam. r)

11) Cum circa computum *indictionum* magna fuerit Notariorum vel incuria vel inscitia, nullum diploma ob hunc naevum solum suspectum est habendum, ubi alia suspicio falsitatis prorsus cessat. s) Sic in autographo diplomatis Quedlinburgensis Ottonis I. de a. 955. XVIII. indictiones numerantur, quarum non plures quam XV in cyclum venire potuerunt. t) Certior autem falsitatis nota haec est, si adiecta sit formula chronologica illo tempore non solemnis, quo diploma conditum esse dicitur.

12) Artis diplomaticae architecti, qui statuunt seculo demum XII comites a sedibus et burgis, in quibus posuerunt domicilium, *cognomina* gessisse, et diploma-

O. C. p. 3. tit. 3. Pluribus de hac re egit CLAPROTH in Rechtswissenschaft von freywill. Gerichtshandl. p. 524 — 30.

r) confer. BRVNNEMANNI Consil. 131 et 133.

s) ab ERATH Cod. dipl. Quedlinburg. p. 948.

t) ibid. p. 7 et 955.

plomatibus Seculi XI, in quibus illa occurrunt, fidem denégare volunt, omnino errant, cum b. HANSELMANNVS u) adtulerit diploma fundationis et dotationis ecclesiae Oehringensi ao. 1038 a Gebehardo, Episcopo Ratisbonensi concessum, in quo Boppo, Comes a *Henniberc*, aliique comites a castris, in quibus sedem habebant, cognomen gerunt,

§. XVIII.

De diplomatum in iuris scientia vsu.

In formanda iuris theoria ex diplomatibus multa circumspectione est opus, ne pro iure communi et vniuersali illud venditetur, quod sola contrahentium et disponentium voluntate nititur. Quamquam enim negari nequit, dispositiones priuatorum saepissime adhibitae fuisse ad ius pristinum et commune conferuandum ac confirmandum, atque eo nomine chartas medii aevi egregie facere ad ipsa iuris domestici pristini principia eruenda, de quibus leges ex illo aeuo superstites silent: caute tamen in ea re est procedendum, ne a particulari nimis praecipitanter argumenta ducantur ad vniuersale, neque prouiso hominis misceatur cum prouisione legis scriptae aut non scriptae.

Qui ex diplomatibus iuris pristini generalis veritates eruere studet, minus errabit, si ex charta, qua probationis causa vitur, pateat, contrahentibus vel disponentibus animum fuisse, ius commune et consuetudinarium conferuandi atque firmandi; vel si ipsum diploma

u) im diplomat. Beweis der Hohenloh. Landeshoheit vordem grossen Interregno p. 364 quod sub calce huius libri aeri incisum exhibetur.

diploma clare loquatur, quid iuris communis illo tempore et loco fuerit. Nunquam enim fere haec felicitas diplomatum scrutatori continget, vt ex inductione completa regulam formare possit. a)

*Formulas* diplomatum non esse inanes, sed iuris publici aut priuati olim obtinentis fragmenta comprehendere, adparebit ex earum comparatione et consensu cum pristinorum iurium ratione. b)

Iuris patrii studiosis eiusque amore flagrantibus haud raro contingit, vt fauore erga iura domestica abrepti valorem iurium pristinorum hodiernum assererent, quamquam haec iura legibus peregrinis locum cedere debuerint, nec sine mutatione ad nostra vsque tempora sint seruata, aut ne olim quidem in vniuersum obtinuerint. Exemplo ex iure feudali depromto liceat id illustrare. Inter vasallos comitum Hennebergensium mos obtinuit laudo confirmatus, vt, si duo domini directi vasalli cuiusdam bellum inter se gererent, vasallus illi seruitia militaria feudo adnexa praestare deberet, in cuius ditione domicilium eius positum esset, saluo ceteroquin nexu feudali erga alterum feudi dominum, bello isto finito. c) Aliam plane consuetudinem tempore medii aevi hoc casu obtinuisse, ex documento archiuali patriae meae de anno 1483 docuit b. SPIESIVS, d) quod sequentia continet verba: Denn

es

- a) Consentientem habeo ill. SCHNAVERTUM in der neuesten fortgef. iurist. Bibl. T. I. P. IV. p. 135.  
 b) FISCHERS in der Geschichte des Despotismus in Teutschland p. 86. et SIEBENKES de studio iuris chronologico. §. X.  
 c) SCHULTES diplomatische Geschichte des Graefl. Hauses Henneberg T. I. p. 512.  
 d) Archiv. Nebenarbeiten T. I. p. 67.

C

es ist kundig Im Reich etc. Quae si inter se conferas, valde dubius haerebis, quidnam iure feudali germanico communi in hac causa statutum fuerit.

Verum significatum *verborum iuridicorum* medii aevi diplomata nobis produnt, tam in lingua latina quam germanica. 10. GOD. de MEIERN, popularis meus, vir eruditione praestans et rerum medii aevi alias satis gnarus, obseruasse e) sibi visus est, maiores nostros titulos contractuum non satis curasse et illis promissive nomina imposuisse. Ad firmandam hanc opinionem prouocat ad varia diplomata, in quibus tituli domini translatiui plane contrarii, venditio nempe et donatio, vt ipse putat, a conditoribus instrumentorum sint commixti, et contractui emtionis venditionis nomen donationis incongrue sit impositum. Sed voces *donationis* et *donare* hic non intelligendae sunt eo sensu, quo veteres Romani illis sunt vsi. Alia plane significatio, vt haec diplomata a Meiero adlegata ostendunt, his vocibus tempore medii aevi addita est, vt *donare* idem sit ac *dare*, *tradere*, *transferre*: quam significationem aliae linguae vulgares, veluti Gallica et Italica, ad nostra vsque tempora retinuerunt.

Eodem fere modo se res habet circa vocabulum *locare*. Multum ille falleretur, qui huic vocabulo in chartis medii aevi significationem *verpachten*, *vermiethen* solum tribuere vellet, cum longe amplior sensus illi inesset. *Locare* enim *praedium* suum ille dicebatur, qui illud certis sub conditionibus alteri *colendum* concederet, ita quidem vt in accipientem non solus vsus, sed dominium saltem minus plenum transiret. Sic in charta anni 1130 f) de feudo censuali, quod

e) in den Gedanken von der Rechtmäßigkeit des höchsten Zins Thalers in Deutschland 1732. §. XVI. P. 39.

f) MVRATORI Antiq. Ital. T. I. diss. II. p. 633.

quod ultra seculum iam in familiam vassalli erat translatum, nomen locationis adhibetur. De bonis censiticis, quorum alienatio censitae erat permissa, praesentio domino censitico modico honorario, in diplomate anni 1290 dicitur, illa locata fuisse. g)

Vocabulum *testamentum* medio aevo non modo ultimam voluntatem, quo nomine adhuc venit, sed quaecunque instrumenta super contractibus aliisque actibus solemnibus significasse leges antiquae atque vetera diplomata docent. h)

Egregium supplementum Glossariorum latinitatis medii aevi dedit SPIESIVS meus, i) vir, cuius de re diplomatica Germanica merita nunquam sunt intermoritura, circa vocabulum *debitor*. Multis diplomatibus magnam adtulit lucem, demonstrando hanc vocem, tam sensu passivo, quam activo olim usurpatam esse, et saepius significasse *creditorem*.

De voce *vnuerdingt Recht* HALTAVSIUS annotavit, seculum XV illud amasse: sed quo sensu, non liquere. Verum enim vero nominis huius significatus ad liquidum perducitur potest ex diplomatibus occasione litis super successione Bauarica editis. Ex his enim apparet, *vnuerdingt Recht* nihil aliud esse, quam si ius litigantium arbitrio non erat definitum, ut secundum illud sententia a iudice austragali diceretur, sed iudicis erat leges eligere, quas in decidenda lite sequi vellet. Contrarium huius iuris erat *das gewillkühr-*

C 2 te

g) Braunschweig. Anzeigen 1746. p. 1211.

h) HEINECCI Elem. Iur. Germ. L. II. t. VI. §. CLV. t. VII. §. CLXXX. GERKEN verm. Abhandl. aus dem Lehen R. t. 11. p. 123. PÜTTMANNI obseruat. iur. feud. p. 114.

i) Archiv. Nebenarbeiten T. I. p. 104.

te *Recht*, quod ex partium voluntate ad decidendam litem adhibebatur. k)

§. XIX.

Conclusio.

Haec sunt, quae de auctoritate diplomatum archiepiscoporum eorumque vberimis in iuris prudentia fructibus, pro limitibus, quibus libelli academici circumferri solent, in medium proferre volui. Votum autem sincerum adicere placet, ut seculo quo vivimus, re vera historico et diplomatico, loca, in quibus tabulae publicae, secreta illa antiquitatum omnis generis receptacula, custodiuntur, non *observantur*, sed *aperiantur*, ac *ingenia* ad haec studia facia et ad temporum conditionem describendam idonea, exemplo laudabili Virorum, quos Musa vetat mori, *Francisci* a HAHN, cui *Chronicon* Gottwicensis a Besselio editum, grate debemus; a) *Comitis* EWALDI FRIDERICI a HERZBERG; MARTINI GERBERTI Abbatis S. Blasii, et *SPISII* mei *excitentur*, salva erga principem et patriam religione *adminicula* illis *suppeditando* largissima, e quibus patriae (o sanctissimum nomen, cui omnes nascimur, quaeque cuique sane dulcissima esse debet!) eiusque legum ortus et progressus penitus indagari possit.

k) vid. *Geschichte der Straubing. Erbfolge. Erster Jahrgang 1425 (1779. 3.)* p. 68. not. (b) et *Diplomatarium* p. 66 siue FISCHERI *kleine Schriften aus der Geschichte, dem Staats und Lehenrechte T. II.* p. 83. 244.

a) Hunc verum auctorem fuisse chronici Gottwicensis, quod vulgo Besselio tribuitur, nuper confirmatum est in *Wirzburg. gel. Anz. 1795. II. Haelfte.* p. 283.



ULB Halle

3


003 331 415



TA-06







1796,1  
29

DISSERTATIO INAUGURALIS  
EXHIBENS  
OBSERVATIONES  
DE AVCTORITATE DIPLOMATVM  
EX ARCHIVO DE PROMPTORVM  
EORVMQVE IN IVRIS SCIENTIA  
VSV

204

QVAM  
CONSENSV  
MAGNIFICI IVRE CONSVLTORVM  
ORDINIS  
IN ACADEMIA ALTORFINA  
PRO  
SVMNIS IN IVRE HONORIBVS  
AC

PRIVILEGIIS DOCTORIS  
RITE CAPESSENDIS  
DIE IV. APRILIS MDCCXCVI  
PVBLICE SOLENNITERQVE DEFENDET  
M. FRIDERICVS WILHELMVS  
ANTONIVS LAYRIZ

BARVTHO - FRANCVS  
SOCIETATIS LATINAE ALTORFINAE SOCIVS  
HONORARIVS SOCIETATI REGIAE ERLANGENSI  
RONARVM ET ELEGANTIORVM LITTERARVM ET  
FLORIGERAE AD PEGNESVM NORIMBERGAE  
ITEMQVE QVAE WVNSIDELIAE AD HISTORIAM  
MORES AC PATRIAE IVRA SPECTAT  
ADSCRIPTVS ORDINARIVS.

ALTORFII  
TYPIS HESSELIANIS.